Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

elimas magus. sic enim interpretatur nomen eius. querens
auertere proconsulem a fide. Saulus autem qui et paulus
repletus spiritu sancto. intuens in eum dixit. O plene omni dolo.
& omni fallacia. fili diaboli. inimice omnis iustitiae.
non desinis subuertere uias domini rectas. & nunc ecce
manus domini super te. & eris caecus. non uidens solem usque ad
tempus. & confestim cecidit in eum caligo et tenebre.
& circuiens querebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum uidisset hoc factum credidit. ammirans super
doctrina domini. Saulus autem et qui cum eo
erant a papho nauigantes. uenerunt pergen pam
philiam. Ioh̃s autem discedens abiit. reuersus est hiero
solimam. Illi uero transeuntes pergen uenerunt antio
chiam pisidie. & ingressi synagogam die sabbatorum
sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum. miserunt
principes synagoge ad eos dicentes. Uiri fratres. si quis
est in uobis sermo exortationis ad plebem. dicite.
Surgens autem paulus. & manu silentium indicens
ait. Viri israhelite. & qui timetis dm audite. Deus
plebis israel elegit patres nros. & plebem exaltauit
cum essent incole in terra egypti et in brachio excelso
eduxit eos exea. & per. xl. annorum tempus moresorum
sustinuit in deserto. & destruens gentes. vii. in terra
chanaan. sorte distribuit eis terram eorum quasi post
cccc. xl annos. & post hec dedit iudices. usque ad
samuel prophetam. Et exinde postulauerunt regem. et
dedit illis deus saul filium cis. uirum de tribu beniamin.
annis. xl. & amoto illo suscitauit illis dauid regem.
cui et testimonium phibens dixit. Inuenio dauid filium
iesse uirum secundum cor meum. qui faciat omnes uolunta